



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Quoniam impius circumuenit iustum propterea iudicium peruersum
egreditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Quoniam impius circumuenit iustum
propterea iudicium peruersum egredi-
tur.

Hic uides quod ueritas istas intelligat, quibus in
foro litium, alter aduersus alterum utitur. De quare
et Michæas ait. Quam supremus exigit, illam iudex
fert sententiam. Et magni heroes cordis sui cupiditate
loquuntur, cōturbantes ita populū. Quod enim hic ait.
Impius imponit iusto, idē est quod Paulus. 2. Thes. 2.
ἐξουσιάζει ἡσέου uocat, ubi alius alij fallaciam intendit, et
insidijs circumuenit, ut iustus iniustā habere causam
cogatur. Hi uero longe sceleratiores sunt manifestis tu-
furibus, tum nebulonibus. Publici enim scelerosi, palā
aduersus legē peccāt, ut nemo non sentiat ac tāgat etiā
hi uero iusti esse, et quod iniustū est pro iusto haberi uo-
lūt. Dupliciter ita nefarij existētes, primū q̄ inique ag-
gūt. Secūdo, q̄ iniustitiā istam suā iure uenustā reddūt
ac, si Christo placet, defendūt, qd̄ priore deterius est.
Quom enī Habacuc hic p̄nūciat, oportere uacillare le-
gē, ac peruersa florere iudicia, aperte palā illos uel di-
gito mōstrat, qui iniuste cū iure et sentētię latitiōe agūt,
quo suam exornēt causam. Statū ergo terrę nunc ha-
bemus, nempe q̄ sceleratis impostorib. referta fuerit,
maxime inter proceres, qui tamen noluerunt uideri
tales, duplici malo alijs noxam adferentes. Altero,
quod iniuste cum illis agant. Altero, quod alio-
rum

A N N O T A T I O N E S :

rum iustam causam iniustam faciant, ac sub specie bonorum uirorum desperati sint nebulones, Quod & coram Deo et hominibus odiosum est, nec ideo perditum tollerare potest Deus, sed, ut sequitur, punit.

Videte inter gentes & contemplantini, & uicissim admiramini, & obstupescite, quoniam certe profecto faciam in diebus uestris, quod non credent, ubi narratum illis fuerit.

Prædictis nebulonibus poenam hic minari incipit, ac primo fiduciam illorum & securitatem tollit, quæ nitebantur. Fidebant enim in hoc, quod populis Dei essent peculiariis, quodq; Deus Hierosolymis in templo sancto suo commoraretur. Quæ urbs ad illum usq; diem sepe numero insignibus miraculis defensa erat, non solum aduersus finitimos ac circumiacentes ducatus & regna, cæterum & aduersus potentissimum orbis imperium, quod Assyrij tum tenebāt, quod licet antea totum Israelem & deuastarat, & abduxerat, ante Ierosolyma tamen, Iehiscia regis temporibus, summo decore obruebatur, ut una nocte centena millia, & octuaginta quinque millia amitteret, & ad fugam se uertere demum cogeretur. Quapropter ridiculum admodum, & nugæ planè uidebantur Iudeis, quæ hic Habacuc & reliqui Prophetarum uaticinabantur, de Hierosolymorum deuastatione. Neq; credere unquam
C poterant,